PAULUS EPS SERVUS SERVOR DEI VENERABILIBUS FRATRIBUS CESENAT ET LIPARIEN EPIS AC DILECTO FILIO OFFICIALI CONCHEN

Salt et aplicam ben. Hodie dilecto filio Petro Ortiz clico Conchen dioc prestimonium seu prestimonialem portionem aut simplex beneficium ecclesiasticum in parrochiali ecclia loci de Tarancon dicte dioc certo tunc expresso modo apud sedem aplicam vacans seu vacantem et antea dispositioni aplice reservatum seu reservatam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis aplica aucte contulimus et de illo vel illa etiam providimus prout in nris inde confectis litteris plenius continetur Quocirca discretioni vre per aplica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vrum si et postqua dicte littere vobis presentate fuerint per vos vel alium seu alios eundem Petrum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prestimonii seu portionis aut beneficii iuriumque et pertinentiarum predictor inducatis aucte nra et defendatis inductum amoto exinde quolibet detentore facientes Petrum vel pro eo procuratorem predictum ad prestimonium seu portionem aut beneficium hmoi ut est moris admitti sibique de illius fructibus redditibus proventibus iuribus et obventionibus universis integre responderi Contradictores aucte nra appellatione postposita compescendo Non obstantibus omnibus que in dictis litteris voluimus non obstare Seu si Venerabili fratri nro Epo Conchen vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum qd interdici suspendi vel excoicari non possint per litteras aplicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hmoi mentionem Dat Rome apud Sanctummarcum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo quadragesimo septimo Quarto Kl Augusti Pontificatus nri Anno Terciodecimo.

A

Sep

X

Jo. Mileti

H. Graccus

A. Lambertus

Jo. Ant. Cuccinus

A. Fuscorinus

Jo. Frans de puteobon co.

Ae Maximus

Perg. 53

N. R. capia

a Albizimus

N. 8

Perg. 53